FROM THE LIBRARY OF

REV. LOUIS FITZGERALD BENSON, D. D.

BEQUEATHED BY HIM TO

THE LIBRARY OF

PRINCETON THEOLOGICAL SEMINARY

Division FSCC

Section 9643

Se la chiave è di , aſcendendo ſi fa mu-
tazion di 5ta, e ſi dice re ſul ~~la~~ ſol; e di-
ſcendendo ſi fa mutazione di 4ta, e
ſi dice la ſul mi.

Se poi la chiave è di aſcendendo
ſi fa mutazion di 4ta, e ſi dice
re ſul ~~ſol~~ la; e diſcendendo ſi fa mu-
tazione di 5ta e ſi dice la ſul re.

Ex

Libris Canonici Michaelis Ceschi de S. Cruce

Nunc vero Presbyteri Joannis Limana

Rectoris Tezzarum.

DIRECTORIUM CHORI

Ad uſum omnium Eccleſiarum Cathedralium, & Collegiatarum.

A JOANNE GUIDETTO

Olim editum

ET IN HAC POSTREMA EDITIONE

A D. FRANCISCO PELICHIARI

CASINENSI

Et Collegii Germanici ac Hungarici de Urbe Cantus Gregoriani Moderatore diligenter accommodatum, atque pluribus in locis ſua induſtria & ſtudio a mendis expurgatum.

Novorumque Sanctorum Officiis, aliiſque ad Eccleſiaſtici Cantus directionem neceſſariis obſervationibus auctum.

LIBRARY OF PRINCETON
APR 3 1936



ROMAE,

EX TYPOGRAPHIA VATICANA.

JO: MARIÆ HENRICI SALVIONI TYPOGR.

M. DCC XXXVII.

Superiorum Permiſſu.

Reverendiſſimo Patri

P. F. JOSEPHO MARIÆ

FONSECÆ AB EBORA

Ord. Min. Reg. Obſ. S. Franciſci Ex-Generali Supremæ & Univerſalis Inquiſit. Conſultori, Sacræ Congregationis Conſiſtorialis Votanti, Epiſcoporum Examinatori &c. &c. &c.

NEC NON

Auguſtiſſimi & Potentiſſimi

LUSITANIÆ REGIS

JOANNIS V.

APUD SANCTAM SEDEM

MINISTRO VIGILANTISSIMO.

FRANCISCUS PELICHIARI FELICITATEM.

Meditabar ego jam pridem, REVERENDISSIME PATER, cum Eccleſiaſtici Cantus rationem omnem certis legibus comprehenderem, & ab erroribus, quibus eum, qui Directorium Chori inſcribitur, li-

brum ſcatere animadverteram, vindicarem, id Operis, quidquid eſſet, in Tuo nomine emittere, ut hoc quaſi munere devinctus in Tuam me fidem, ac Clientelam, qua nullum mihi majus comparare præſidium poſſem, recipere non recuſares: cum repente tanto ſum affectus beneficio Tuo, ut non mihi tam ineundæ à Te gratiæ, quam referendæ, & ſingularis Tuæ erga me liberalitatis prædicandæ partes eſſe relictas intelligerem: non enim Tua me vox plena humanitatis, ac beneficentiæ cohortata ſolum eſt, ut quod opus in manibus haberem, alacri animo abſolverem, ac perpolirem, ſed etiam cum plures, eæque graviſſimæ in id urgerent difficultates, quibus ſuſtinendis impar omninò eram, Tuo favore ſtatim; Tuoque Patrocinio disjectæ ſunt, atque abolitæ. Itaque gratias Tibi, REVERENDISSIME PATER, quantas maximas animus hic meus capere poteſt, & ago, & habebo ſemper, qui tenuitatem hanc meam, & vigilias, & ſtudium Patrocinio Tuo, & liberalitate perbenigne complexus es. Fuit hoc eximiæ naturæ Tuæ, quæ nullum bene de omnibus merendi locum prætermittit: Fuit egregiæ voluntatis, quæ rebus ad Eccleſiæ decus pertinentibus omni ſtudio inſervire conatur: Fuit denique magni illius excelſique

que

que animi, quo præclariſſimis JOANNIS V. Regis exemplis, cujus graviſſima apud hanc Romanam Sedem negotia tanta cum laude procuras, conformari omnes Tuæ vitæ rationes deſideras. Eſt enim Rex ille, quem in ſacrarum rerum dignitate amplificanda, in ædibus magnificentiſſimis exædificandis, ornandiſque, omnes Principes non hac ſolum, ſed omni poſteritatis memoria ſibi ad imitandum proponant. Videbamus jampridem REVERENDISSIME PATER, expreſſam in Te magna ex parte præſtantiſſimarum virtutum imaginem, quæ de Tuo illo Piiſſimo, ac Sapientiſſimo Rege omnium hominum ſermone, atque fama plurimæ, ac maximæ prædicantur: Nemo erat, quin iſtam mentis Tuæ amplitudinem ſuſpiceret, quæ nec infinita rerum agendarum varietate, nec magnitudine, aut difficultate defatigatur; nemo quin ſummis laudibus in Cœlum ferret prudentiam Tuam, ſedulitatem, conſilium, ſapientiam, humanitatem, quibus in tranſigendis negotiis, difficillimoque, quod ſuſtines, munere obeundo uteris quaſi adminiſtris: Nunc vero, cum ad cæteras ſummas virtutes hæc tam præclara accedat Tuæ in Eccleſiaſticarum rerum dignitatem, atque incrementa voluntatis, & ſtudii ſignificatio, tam prope Re-

gis Tui pene divinas Laudes aſſecutus exiſtimaberis, ut nihil præterea ad hanc perfectam eximiamque ſimilitudinem addi poſſe videatur. Quare omnes Tibi, ad quos aliquid ex hoc meo labore, atque induſtria utilitatis in ſacro Cantu ritè moderando pervenerit, totum id inquam, Tibi, quantumcumque erit, quod certe non exiguum, ac leve fore confido, acceptum referent; iidemque Tua mecum erga eos, qui Divino cultui, ſacriſque Cæremoniis in Templis vacant, immortalia merita in omne tempus commemorabunt.

DE MODO UTENDI DIRECTORIO.

USUS præſentis operis pertinet non ad quoſcumque Choro miniſtrantes, ut puta ad Muſicos, aut Cappellanos; aut ſi qui alii ad canendum in Choro ab extra vocantur; ſed hoc opus inſeruit propriæ commoditati Canonicorum, & aliorum beneficia poſſidentium in Eccleſiis Cathedralibus, & Collegiatis, ratione quorum beneficiorum tenentur intereſſe Divinis officiis, & certa quædam Chori munia obire, quæ ſine cantu præſtari non poſſunt. Hæc autem Chori munia præcipue duo ſunt, Hebdomarii, & Cantorum. Hebdomadarius eſt Sacerdos deputatus per hebdomadam, ut præſit Divino officio. Cantores vocantur, qui ex officio ſunt deputati præcipua quadam ratione ad cantandum ea hebdomada quæ eis contingit. Unde quoties inferius nomen Cantorum legeris, non Muſicos ſtipendiatos intelliges, ſed eos qui de Clero Eccleſiæ ad cantoriam faciendam, pro tempore eliguntur.

Qui igitur Hebdomadarii, aut Cantoris officium exercens uti voluerit præſenti Directorio, ad canendum in Choro Divinum officium juxta modum, qui Cathedralibus, & Collegiatis Eccleſiis uſui eſſe poteſt, ante oculos habeat ordinem Breviarii Romani, in quo cum viderit officium diei occurrentis, requirat ejus titulum in Directorio, & reperiet cantum officio convenientem.

Quæ ad Hebdomadarium, & quæ ad Cantores intonare, & canere pertineat, juxta ordinem totius officii deſcripta hæc ſunt.

AD MATUTINUM.

HEbdomadarius dicto Pater noſter, Ave Maria, & Credo ſecreto, intonat clara, & Chorali voce, Domine labia mea, & Deus in adjutorium in eodem tono.

Can-

Cantores canunt prima vice totum Invitatorium, & eo repetito à Choro Muſicorum, & Cappellanorum, proſequuntur Pſalmum Venite alternantibus ſemper Muſicis Invitatorium.

Abſoluto Pſalmo Venite, ſi eſt Dominica, aut fit officium ſolemne, cantores accedunt ante Hebdomadarium, & ei præintonant initium Hymni ſubmiſſa voce, quod Hebdomadarius repetit clara voce, quod ſemper obſervatur; alioquin, ſi officium non eſt ſolemne, neq; de Dominica Chorus Muſicorum intonat.

Dicto Hymno, Cantor in Dominica, & die ſolemni, dat Hebdomadario primam Antiphonam Matutini, Hebdomadarius repetit. Si officium non eſt ſolemne, neque de Dñica Hebdomadarius per ſe intonat.

Poſt intonatum Antiphonam, & ſi eſt Feſtum duplex, abſolutam à Choro Muſicorum, & Cappellanorum, Cantores bini ſtantes in medio Chori, ſublimi voce intonant primum Verſum Pſalmi. In Vigiliis autem, Quatuor temporibus, Feriis Adventus & Quadrageſimæ, unus Cantor intonat.

Quod ſi Cantor ſcire voluerit in quo tono Pſalmus intonari debeat, advertat in Directorio poſt principium cujuslibet Antiphonæ, & ibi videbit finale ejus toni in quo Pſalmus canendus eſt, cum ſuo numero ſubſcripto 1. 2. 3. &c. qui numeri ſignificant ſi eſt 1. quod debet intonari in primo tono, ſi 2. in ſecundo tono, ſi 3. in tertio, & ſic de reliquis, qui toni extenſi, cum omnibus ſuis finalibus invenientur in fine Directorii tàm Feſtivi, quam Feriales.

Finito primo Pſalmo cum ſua Antiphona, unus Cantorum reliquas Antiphonas præcinit Canonicis aſſiſtentibus, ſervato ordine dignitatis, & præcedentiæ: quas ſinguli Canonici juxta tonum traditum repetunt, & hoc tàm in Feſtis, quàm in Feriis, & ſi non fuerint Canonici Antiphona datur aliis Miniſtris præſentibus, habita ratione ejusdem præcedentiæ. Poſt intonationem cujuslibet Antiphonæ, Cantores ſimiliter ut ſupra, intonant reliquos Pſalmos, nec alios Pſalmos intonant, niſi quos immediate præcedit Antiphona.

Ab-

Abſoluto Nocturno in Dominica, & in diebus ſolemnibus à binis, vel pluribus Cantoribus dicuntur Verſiculi. In Feriis autem, & diebus non ſolemnibus dicuntur à duobus Muſicis deputatis, præterquam in Vigiliis, Quatuor temporibus, & in Feriis Adventus, & Quadrageſimæ, quibus temporibus dicuntur ab uno tantum ex Muſicis.

Poſt Verſiculos Hebdomadarius alta voce dicit Pater noſter, deinde ſecreto, uſque ad Et ne nos inducas: poſt hoc, Abſolutionem.

Immediate aliquis ex Miniſtris Choro aſſiſtentibus, præmonitus à Cantore, accedit ad locum ubi dicitur Lectio, & dicto Jube domne benedicere, poſtquam Hebdomadarius benedixit, proſequitur Lectionem, & idem ſervatur in omnibus Nocturnis. In Feſtis ſolemnibus, & in Dominicis privilegiatis Hebdomadarius dicit nonam Lectionem.

In Feſtis ſolemnibus, & Dominicis, Cantor præintonat Hebdomadario Te Deum laudamus, Hebdomadarius replicat: Si non eſt dies ſolemnis, nec Dominica, Cantores accedentes ad medium Chori, per ſe intonant.

AD LAUDES.

Hebdomadarius dicit clara voce, Deus in adjutorium, deinde ſi eſt Dominica, aut dies ſolemnis, Cantor porrigit ei primam Antiphonam, alioquin Hebdomadarius per ſe intonat.

Intonata, & ſi ſit officium Duplex, abſoluta Antiphona à Muſicis, Cantores quandoque bini, quandoque ſinguli intonant Pſalmum, juxta regulam traditam in Matutino.

Dicto primo Pſalmo cum ſua Antiphona, Cantor proſequitur dare reliquas Antiphonas Canonicis, vel aliis Miniſtris aſſiſtentibus, ſervato ordine, ut ſupra. Et hoc tam diebus Feſtivis, quàm Ferialibus: Poſt quamlibet Antiphonam, Cantor, aut Cantores pergunt intonare Pſalmos, ut ſupra dictum eſt.

§ Ab-

Abſolutis Pſalmis, Hebdomadarius dicit Capitulum: deinde ſi eſt Dominica, vel dies ſolemnis, Cantor præcinit ei initium Hymni, quod ipſe repetit. Si verò non eſt Dominica, nec dies ſolemnis, intonat Chorus Muſicorum.

Cantato Hymno, dicuntur Verſiculi, ſi eſt Dominica, aut dies ſolemnis, à duobus, vel pluribus Cantoribus. Cæteris temporibus, ſervatur eadem regula, quæ ſuperius data eſt in Verſiculis Matutini.

Poſt Verſiculos, Antiphona ad Benedictus, ſi eſt Dominica, vel dies ſolemnis, datur Hebdomadario à Cantore: aliter Hebdomadarius per ſe intonat. Deinde Cantores, vel Cantor, ut ſupra, intonant Benedictus.

Dicto Benedictus, & replicata Antiphona, Hebdomadarius dicit alta voce Dominus vobiſcum, & Oremus, deinde Orationem. Si poſt Antiphonam Benedictus dicendæ fuerint preces, dicit Hebdomadarius, & Chorus Muſicorum & Cappellanorum reſpondet; quod etiam obſervatur per Horas. Si fient Commemorationes, Verſiculi in Dominica, & in diebus ſolemnibus dicuntur à duobus Cantoribus, nec unquam à pluribus, etiamſi ratione majoris ſolemnitatis Verſiculos poſt Hymnum dixiſſent ſimul quatuor, vel plures Cantores, qui reperirentur parati. Cæteris temporibus Verſiculi dicuntur à binis Muſicis, vel ab uno, ſecundum regulam ſuperius traditam.

Deinde Hebdomadarius dicit alias Orationes, poſtea Dominus vobiſcum. Tandem dicitur Benedicamus Domino, ſi eſt Dominica, & dies ſolemnis à duobus, vel pluribus Cantoribus, alioquin ſervatur idem Ordo, qui in Verſiculis.

AD HORAS.

AD Primam, Tertiam, Sextam, & Nonam Canteres nihil habent quod agant: Sed Hebdomadarius dicto Pater noſter, ut ſupra, intonat clara voce, Deus in adjutorium, & Antiphonam cujuslibet Horæ. Pſal-

Pſalmus autē intonatur, & proſequitur à Choro Muſicorum, & Cappellanorum, quouſque veniat Capitulum, quod dicit Hebdomadarius. Reſponſoria Brevia cum Verſiculis per Horas dicuntur ſemper à duobus Deputatis de Cappella Muſicorum, præterquam ſupradictis diebus Vigiliarum, Feriis Adventus, Quadrageſimæ, & Quatuor temporum, quia tunc unus tantum deputatur.

Poſt hæc Hebdomadarius dicit Dominus vobiſcum, Oremus, & Orationem. Deinde Dominus vobiſcum, & idem Hebdomadarius dicit Benedicamus, juxta tonum proprium, qui habetur in fine Directorii.

Ad Veſparas Hebdomadarius, & Cantores dirigi debent ſicut in Laudibus, præterquam quod Canticum Magnificat intonant duo ex Muſicis.

Quæ pertinent ad Completorium, ſuo loco clare explicata habentur.

Toni, & Cantus omnium ſupradictorum, quæ ab Hebdomadario, aut Cantoribus dicenda ſunt, claré, & juxta ordinem Breviarii habentur in Directorio, qui præcipuus eſt fructus hujus operis.

Præterea autem, quæ ad Hebdomadarium, & Cantores in officii celebratione canere pertinent, ſunt alia cum cantu dicenda, Celebrantibus Miſſas, tàm Sacerdoti, quàm Diacono, & Subdiacono, quæ magis neceſſaria poſita ſunt in fine libri inter communia Directorii.

Ad hæc Canonicis, cæteriſque etiam alterius ordinis Miniſtris aſſiſtentibus cantanda quædam inter ſacra officia occurrunt: ut Lectiones, Prophetiæ, & ſi quæ alia, quorum toni ſimiliter in fine Directorii reperiuntur. Denique multa alia generalia, quæ ad ordinem Breviarii ſatis commode reduci non poterant, omnia in finem Directorii conjecta ſunt, ut Index ſingula demonſtrat.

Ut autem omnium ſupradictorum Cantus ritè obſervetur, cognoſcenda eſt differentia, quam habent notæ Muſicæ, quæ diverſimode deſignatæ per totum Directorium reperiuntur. Notæ autē ſunt hujuſmodi ■ ◆ ▜

Hæc nota ■ vocatur Brevis; cui ſubjecta ſyllaba, ita profertur, ut in canendo tempus unum inſumatur.

Hæc ◆ dicitur ſemibrevis, & ſyllaba quæ ſub illam cadit, celerius eſt percurrenda, ut dimidium unius temporis impendatur.

Hæc altera ▮ quæ longa eſt paulo tardius proferenda eſt, adeo ut in Cantu tempus unum, & dimidium inſumatur.

Atque hoc eſt diſcrimen, quod habent notæ Muſicæ, quas in nova hac Directorii impreſſione appoſuimus: expedire enim arbitrati ſumus totum hunc Cantum tribus his tantummodo notis comprehendere, tum quia illis uſi ſunt artis Muſicæ veteres, & doctiſſimi Magiſtri, tum etiam, quia in antiquis & recentioribus libris hæ ſolùm reperiuntur, & ipſemet Directorii Auctor in officio Majoris Hebdomadis, ac in aliis à ſe editis libris, illis uſus eſt.

Illud poſtremo advertendum eſt, quod licèt Cantus tàm diei Feſtivi, & Solemnis, quàm Ferialis, iiſdem notis deſignatus in Directorio reperiretur; tamen, quo dies erit ſolemnior, eo majori cum gravitate, & dignitate in canendo vox ſuſtentanda, & moderanda eſt, tàm ab Hebdomadario, & Cantoribus, quàm à Celebrantibus, & aliis aſſiſtentibus, in omnibus, quæ eis canenda occurrunt.

ORDO SERVANDUS
PRO HYMNORUM VARIETATE.

Circa Hymnorum tonos pro Horis minoribus, videlicet Prima, Tertia, Sexta, Nona, & Completorio, cum cantentur ſub tono Solemnitatum occurrentium, dummodo (quod ſemper intelligendum eſt) ſint ejusdem metri, obſervanda erunt generaliter ea, quæ hic inferius adnotantur.

Tempore nempe Adventus, & Quadrageſimæ tám in Dominicis, quàm in Feriis, ad dictas Horas Hymni debent cantari ſuper tonum Hymnorum Laudum, dummodo Officium ſit de Tempore, alias non. Paſſionis verò Tempore ſuper Vexilla regis.

In Nativitate Domini, in ejus Octava, & in Feſtis tunc occurrentibus, ſuper Jeſu Redemptor omnium.

In Epiphania Domini, per totam Octavam, & in Feſtis occurrentibus, ſuper Crudelis Herodes.

Paſchali Tempore, & Feſtis occurrentibus, ſuper tonum ſuum.

In Aſcenſione, per totam Octavam, & in Feſtis occurrentibus, ſuper Salutis humanæ Sator.

In Pentecoſtes, & per totam Octavam, ſuper Jam Chriſtus aſtra aſcenderat; excepta Tertia cum Veſperis, quia proprium tonum habent.

In Feſto Sanctiſſimæ Trinitatis, ſuper Jam ſol recedit igneus.

In Solemnitate Corporis Chriſti, per toram

Octavam, & in Feſtis occurrentibus, ſuper Quem terra, pontus, ſidera.

In Transfiguratione Domini, ſuper ſuum proprium tonum, qui eſt de Aſcenſione, & non de Nativitate, ut aliqui aſſerebant.

In omnibus Feſtis B. M. V., & quando de ea fit Officium in Sabbato, ſuper Quem terra.

In Feſto Omnium Sanctorum, per totam Oct. & in Feſtis occurrentibus, ſub tono Nativ. Dñi.

In Feſto Invent. SS. Crucis, ſub tono Paſchali.

In ejusdem Exaltatione menſe Septembris, ſub tono Quem terra, pontus, ſidera, ob Oct. Nativ. B. M. V., quia etſi ad Hymnum Vexilla non dicatur Jeſu tibi ſit gloria, ſed Te fons ſalutis, tamen ſic præſtat, ut tonus iſte conveniat cum aliorum Hymnorum tono.

In Feſtis Apoſtolorum, & Euangeliſtarum, & in Feſtis Duplicibus non habentibus Hymnos talis metri, ut poſſint cantari ad Horas v. g. Nativitatis S. Jo: Baptiſtæ, Dedicationis S. Michaelis Archangeli, Angelorum Cuſtodum, Dedicationis Eccleſiæ, & infra illorum Octavas, & pro Pluribus Martyribus Duplicibus tantum, ſub tono Æterna Chriſti munera, ut in Comm. Apoſtolorum ad Matutinum: infra verò Octavam Plurimorum Martyrum ſub tono Rex glorioſe Martyrum, ut in ejusdem Communi ad Laudes.

In Feſtis Plurimorum Martyrum Semiduplicium, & Simpl. tantúm, Confeſſorum Pont. & non Pont. Virginum, & non Virginum tàm Duplicium, quàm Semiduplicium, & Simplicium, ſub tono Rex glorioſe martyrum, ut in eodem Communi ad Laudes, quia

quia omnes Hymni iſtorum Communium, cum ſint ejusdem metri, ſunt etiam ejusdem toni: ſed pro Pluribus Martyribus Duplicibus dicitur de Apoſtolis, ſicut dictum eſt, quia Hymnus Chriſto profuſum Sanguinem convenit cum illo de Apoſtolis, non tamen infra Octavas ſi celebrarentur, quia tunc ſub tono Rex glorioſe martyrum, uti jam diximus.

Ad Veſperas autem, Matutinum, & ad Laudes Hymni ſemper cantantur ſub tonis propriis, niſi ratione aliquarum Solemnitatum, vel Octavarum incidentium, vel tempore Paſchali.

Quando occurrit, ut Capitulum fiat ad Veſperas de alio Sancto, tonus Hymni ad Completorium debet eſſe illius Sancti, cujus celebratum eſt Capitulum ad Veſperas, niſi ultimus Verſus Hymni præcedentium Veſperarum eſſet proprius, & tunc non ſolùm ad Completorium, ſed etiam ad Capitulum antecedens ſervari debet tonus antecedentis Feſti: & ſi v. g. concurrerent duæ Octavæ ſimul, ſervetur tonus Octavæ prædominantis.

De tono quoad Hymnum Veſperarum pro Dominicis infra annum nil dictm eſt, quia ſervatur ſolitus ſuper Hymnum Lucis Creator optime, licet eſſet infra Octavas.

REIMPRIMATUR.

Si videbitur Reverendiſs. P. Mag. Sac. Pal. Apoſtol.

N. Epiſc. Bojanus Viceſger.

REIMPRIMATVR.

Fr. Joannes Benedictus Zuanelli Sac. Pal. Apoſt. Magiſter Ord. Præd.


DO-

DOMINICA


AD MATUTINUM.

Hebdomadarius ingreſſus Chorum, & reſidens in ſuo loco, junctis manibus dicit, Pater noſter, & proſequitur totum ſecretò. Item Ave Maria, & Credo, quibus abſolutis dicit clara voce, Domine labia mea, & Deus in adjutorium meum intende in eodem tono: & ſic obſervatur in omnibus Matutinis tàm Feſtivis, quàm Ferialibus.

Clara & Chorali voce.




D Omine la bi a mea a pe ries.




℟. Et os meum annun ti a bit laudem tuam.

Sic ſemper dicit. tàm in Feſtis quàm in Feriis.




℣. Deus in ad ju to rium meum inten de.


In Dupl. & Semid. ad ónes Hor.



℟. Do mi ne ad ad ju vandum me fe ſti na.




Glo ri a Patri, & Fi li o, & Spiri tui




ſancto. Sicut erat &c. Amen, Alle lu ja.

A Septuag. uſque ad Fer. V. in Cœna Dñi dicitur.




Laus tibi Do mi ne Rex æternæ glo ri æ.

In Simp.& Fer.ad Matut.




℣. Deus in ad ju to rium meum intende. &c.

In Simpl. & Fer. ad Laudes, & ad rel.Hor.



℣. Deus in ad ju to rium meum intende.




℞. Domine, &c. Alle lu ja.


Prædictus modus cantandi Deus in adjutorium *debet obſervari juxta conſuetudinem Eccleſiarum Cathedralium, & Collegiatarum* Romæ.

Invitatorium ſequens dicitur ab Oct. Epiph. uſque ad Dom. Septuag. & ab Oct. Pent. uſque ad Advent.

Invitatorium.



A Dore mus Do minum, *




Qui fe cit nos. Pſ. V e ni te. I.

Can-

Cantus Pſalmi Venite, *cujus principium ponitur poſt finem cujuslibet Invitatorii, habetur extenſus in fine Directorii; ubi advertendum, quod prædictus Pſalmus in eo cantu ſubſequi debet, cujus principium reperietur in fine cujuslibet Invitarorii.*

Aſoluto Pſalmo Venite, *Cantor porrigit Hebdomadario principium Hymni pro tempore occurrentis ſubmiſſa voce, quod Hebdomadarius in eodem tono repetit clara voce, & ſic ſemper obſervatur.*


Sequens Hymnus dicitur ab Octava Epiph. uſque ad Dominicam primam Quadrag. & à Dom. proximiori Kalend. Octob. uſque ad Adventum.



Hymn.

PRi mo die quo Tri ni tas.

Subſequens Hymn. dicitur ab Octava Pent. uſque ad Dom. proximiorem Kalend. Octob.




Hymn.

NO cte ſur gentes.

Finito Hymno, Cantor porrigit Hebdomadario primam Antiph. ad Matut. quam Hebdomad. in eod. tono repetit.


IN I. NOCTURNO.



Adventu Antiph.

VE ni et.


Poſt primam Antiphonam, reliquæ porriguntur à Cantore reliquis Miniſtris aſſiſtentibus, ſervato ordine dignitatis.



Per Ann. Antiph.

Ser vi te.

Paſchalis Antiph.




Alle lu ja.

Pſalmus intonatur à Cant.


Beatus vir, qui non abiit in conſilio impiorum, & in via peccatorum non ſtetit: * & in cathedra peſtilentiæ non ſedit.

Adventus Antiph.



Confor ta te.

Per Ann. Antiph.




Deus ju dex.

Pſalm.


Domine Deus meus in te ſperavi: * Salvum me fac ex omnibus perſequentibus me, & libera me.

Adventus Antiph.



Gaude te omnes.

Per Ann. Antiph.




Tu Domine.

Pſalm.

Salvum me fac Domine, quoniam defecit ſanctus: * quoniam diminutæ ſunt veritates à filiis hominum.

Abſoluto quolibet Nocturno, dicuntur Verſiculi à deputatis pro varietate temporis.

In Advent. Verſ.




Ex Sion ſpecies decoris ejus us.

℟.


℟. Deus noſter manifeſtè veniet.
℣. Ipſe liberavit me de laqueo venantium. Quadrag.
℟. Et à verbo aſpero.
℣. Erue à framea Deus animam meam. Paſſionis.
℟. Et de manu canis unicam meam.
℣. Surrexit Dominus de ſepulchro, alleluja. Paſchalis.
℟. Qui pro nobis pependit in ligno, alleluja.
℣. Memor fui nocte nominis tui Domine. Per Ann.
℟. Et cuſtodivi legem tuam.

Dictis Verſiculis cujuslibet Nocturni, Hebdomadarius alta voce dicit Pater noſter ſecreto uſque ad Et ne nos inducas; poſt hoc, Abſolutionem ſimiliter alta voce, deinde Benedictiones.




Pater noſter. ℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos à malo.


Abſolutio Pro Dupl. & Semid.




Exaudi Domine Jeſu Chriſte preces ſervorum



tuorum, & mi ſe rere nobis, qui cũ Patre




& Spiritu ſancto vivis, & regnas in ſæcula




ſæ cu lorum. ℟. Amen.

Verſus.




Jube domne bene di ce re.

Bened. I.



B e ne di cti o ne perpe tu a benedicat nos



Pater æ ternus ℟. Amen.


Pro Simpl. & Fer. Abſol. & Bened. *obſerv. ut in S. M. in Sabbato.*

Bened. II. Unigenitus Dei Filius nos benedicere, & adjuvare dignetur. ℟. Amen.

Bened. III. Spiritus ſancti gratia illuminet ſenſus, & corda noſtra.


IN II. NOCTURNO.

Adventus Antiph.



GAude.

Per Ann. Antiph.




Bo no rum.

Paſchalis Antiph.




Al le lu ja.

Pſalm. Conſerva me Domine, quoniam ſperavi in te. * Dixi Domino: Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges.



Adventus Antiph.


R ex noſter :



Per Ann. Antiph.


P ropter verba .

E xaudi Domine juſtitiam meam : * intende deprecationem meam . Pſalm.



Adventus Antiph.


E c ce .



Per Ann. Antiph.


D iligam te .

D iligam te Dñe fortitudo mea : * Dñus firmamentum meum , & refugium meum , & liberator meus . Pſalm.



Adventus Verſus

℣. Emitte Agnum Domine Domi na to-



rem terræ æ .

℟. De petra deſerti , ad montem filiæ Sion .

℣. Scapulis ſuis obumbrabit tibi . In Quadr.

℟. Et ſub pennis ejus ſperabis .

℣. De ore Leonis , libera me Domine . In Paſs.


℟. Et à cornibus unicornium humilitatem meam .

In Paſch. ℣. Surrexit Dominus verè, alleluja.

℟. Et apparuit Simoni, alleluja.


Per Ann. ℣. Quoniam tu illuminas lucernam meam Domine.

℟. Deus meus illumina tenebras meas.




Pater noſter. ℣. Et ne nos inducas in tentationem.


Abſolutio pro Dupl. & Semid.



IP ſi us pi e tas & miſe ri cordi a nos adjuvet,




qui cũ Patre, & Spi ri tu ſancto vivit, & re-




gnat in ſæ cu la ſæ cu lorum. ℟. Amen.

Verſus.




Jube domne bene di ce re.

Benedict.



Deus Pater omnipotens ſit nobis propi tius




& clemens. ℟. Amen.

Chri-

Chriſtus perpetuæ det nobis gaudia vitæ. ℟. Amen. Bened. II.


Ignem ſui amoris accendat Deus in cordibus noſtris. ℟. Amen. Bened. III.

IN III. NOCTURNO.




Adventus Antiph.

GAbriel An gelus.



Per Ann. Antiph.


Non ſunt loque læ.



Paſchalis Antiph.


Alle lu ja.

Cœli enarrant gloriam Dei: * & opera manuum ejus annuntiat firmamentum. Pſalm.



Adventus Antiph.


Mari a.



Per Ann. Antiph.

Ex au di at.


Exaudiat te Dominus in die tribulationis: * protegat te nomen Dei Jacob. Pſalm.



Adventus Antiph.

In adven tu.


Per Ann. Antiph.




Do mine.

Pſalm. Domine in virtute tua lætabitur Rex: * & ſuper ſalutare tuum exultabit vehementer.

Adventus Verſus.



Egre di ctur Dominus de loco ſancto ſuo



o.


℟. Veniet, ut ſalvet populum ſuum.

Quadrag. ℣. Scuto circumdabit te veritas ejus.
℟. Non timebis à timore nocturno.

Paſſionis. ℣. Ne perdas cum impiis Deus animam meam.
℟. Et cum viris ſanguinum vitam meam.


Paſchalis ℣. Gaviſi ſunt diſcipuli, alleluja.
℟. Viſo Domino, alleluja.

Per Ann. ℣. Exaltare Domine in virtute tua.
℟. Cantabimus, & pſallemus virtutes tuas.




Pater noſter. Et ne nos inducas in tenta ti onem.
℟. Sed libera nos à malo.


Abſolutio pro Dupl. & Semid.



A Vinculis peccatorum noſtrorum abſolvat nos omni-




omnipotens, & miſericors Dominus. ℟. Amen.




Verſus

J ube Domne be ne di ce re.



Bened. I.

E uan ge li ca le cti o ſit nobis ſalus



Sed quando non legitur Euangelium dic. I lle nos.

& prote cti o. ℟. Amen.

I lle nos benedicat, qui ſine fine vivit, & regnat.

D ivinum auxilium maneat ſemper nobiſcum. Bened. I I.

C ujus, vel Q uorum, feſtum colimus, ipſe, vel ipſa, ipſi, vel ipſæ, intercedat, vel intercedant pro nobis ad Dominum. De Sancto.


C ujus feſtum colimus, ipſa Virgo virginum intercedat pro nobis ad Dominum. De S. M.

A d ſocietatem civium ſupernorum perducat nos Rex Angelorum. Bened. III.

P er Euangelica dicta deleantur noſtra delicta. In II. Euāg.

V erba ſancti Euangelii doceat nos Chriſtus filius Dei. Euang. in Nat. Dñi.

Die Feſto ſolemni, & Dominicis, poſt finem Matutini cum ventum eſt ad T e Deum, *ſi dicendum eſt, Cantor præcinit initium Hebdomadario, quod ille repetit.*




T E De um lau da mus.

AD LAUDES.


Ad Laudes, Hebdomadarius intonat clara voce Deus in adjutorium, deinde Cantor dat ei Antiphonæ primi Pſalmi initium, quod in eodem tono repetit.

Antiph.



AL le lu ja:


Paſchalis Antiph.



Al le lu ja.


Pſalm. Dominus regnavit decorem indutus eſt: * indutus eſt Dominus fortitudinem, & præcinxit ſe.

Paſchalis Antiph.



Sur rexit Chriſtus.


Per Ann. Antiph.



Tres pu e ri.


Cantic. Benedicite omnia opera Domini Domino: * laudate, & ſuperexaltate eum in ſæcula.

Per Ann. Antiph.



Al le lu ja.

Paſchalis Antiph.



Al le lu ja.


Pſalm. Laudate Dñm de Cœlis: * laudate eum in excelſis.

Ab-

Abſolutis Pſal. ad Laud. Hebdomadarius clara voce dicit Capitulum juxta tonum poſitum in fine Directorii.

Dicto Capitulo accedit Cantor, & ſtans è regione præcinit Hymni principium, quod replicat Hebdomadarius.


Quando ad Noct. dicitur Hymn. Primo die, ad Laudes dicitur ſequens.



Hymn.

ÆTerne rerum Conditor.


Quando ad Noct.dic.Hym. Nocte, ad Laud. dic. ſeq.



Hymn.

ECce jam no ctis.

Abſoluto Hym. dicuntur verſic. juxta tonum infraſcript.



In Advent. Verſ.

Vox clamantis in deſerto, pa ra te viam



Domini i.

℟. Rectas facite ſemitas ejus.

℣. Domine refugium factus es nobis. A Septuag. uſque ad

℟. A generatione, & progenie.

℣. Angelis ſuis Deus mandavit de te. Quadrag.

℟. Ut cuſtodiant te in omnibus viis tuis.

℣. Eripe me de inimicis meis Deus meus. Paſſionis.

℟. Et ab inſurgentibus in me libera me.

℣. In reſurrectione tua Chriſte, alleluja. Paſchalis.

℟. Cœli & terra lætentur, alleluja.

℣. Dominus regnavit decorem induit. Per Ann.

℟. Induit Dñs fortitudinem, & præcinxit ſe virtute.

Dictis Verſiculis, datur Hebdomadario per Cantorem Antiphona ad Benedictus *pro tempore occurrens, ubi advertendum, quod in diebus non ſolemnibus, ipſe Hebdomadarius per ſe intonat Antiph. ad* Bened. *& primam Antiph. ad Matut. & ad Laud. Hymni intonantur à Cantoribus.*

Finito Benedictus cum ſua Antiphona, Hebdomadarius dicit Dominus vobiſcum, *&.* Oremus, *deinde pronuntiat Orationem juxta tonum poſitum in fine Directorii pro varietate temporis, & cum in ſuo tono dixerit primam Orationem, ſi ſient Commemorationes, dicit reliq. Orationes.*

Deinde Dominus vobiſcum, *tum per deputatos dicitur* Benedicamus Domino, *cujus toni reperiuntur in fine Directorii, prout tempus requirit.*

Ad Primam, Tertiam, Sextam, & Nonam, Hebdomadarius dicto Pater noſter, &c. *intonat clara voce* Deus in adjutorium, *& primam Antiphonam cujuslibet Horæ. Pſalmum autem proſequitur chorus muſicorum, & Cappellanorum quouſque veniat Capitulum, quod Hebdomadarius dicit in ſuo tono, ut in fine Directorii.*

℞. *Br. dicuntur ab uno, vel pluribus deputatis de Cappella, prout tempus requirit: quibus dictis, per Hebdomadarium pronuntiantur preces, & Oratio in tono debito.*


Tonus in quo dicendum eſt Benedicamus *in fine Orationum per Horas, habetur proprius in fine Directorii.*

DOMINICA AD PRIMAM.


Pater noſter. Ave Maria. Credo & Deus in adjutorium.

Tonus Hymn. Jam lucis, dicitur ad Primam tantùm.

Hymn.



JAm lucis orto ſi de re Deum precemur



ſupplices, ut in diurnis actibus nos ſer-

vet



℟. Et libera nos propter nomen tuum.

AD TERTIAM.

P ater noſter, A ve Maria, D eus in adjutorium. Hym. N unc ſancte, ut infra & ſecundum hunc eumdem cantum regulantur Hymn. ad Sextam, & Nonam.

HYM-


HYMNUS.




Antiph. Alleluja, ut ſupra ad Primam, quæ ad Sextam, & Nonam repetitur.


℟. Breve.








Verſus.







℟. Sana animam meam, quia peccavi tibi.


AD SEXTAM.

Pater noſter, Ave Maria, Deus in adjutorium.
Antiphona ut ſupra. Hymn. Rector.


℟. Brev.








Verſus :



ſancto. ℣. Dominus regit me, & nihil



mihi de e ri it.

℟. In loco paſcuæ, ibi me collocavit.


AD NONAM.

Pater noſter, Ave Maria, Deus in adjutorium: Antiphona ut ſupra. Hymnus Rerum Deus.


℟. Brev.




Clamavi in to to corde me o, *Ex au di



me Do mi ne.




Ju ſti fi ca ti o nes tuas re qui ram.




℣. Glo ri a pa tri, & fi li o, & ſpi ri tu i

Verſus.



ſancto. ℣. Ab occultis meis, munda me

Do-




Do mi ne e.

℟. Et ab alienis parce ſervo tuo.

FERIA II. AD MATUTINUM.

Invitatorium.




VEni te, Ex ul te mus




Do mino.

Pſalm.




Ju bi le mus Deo. Pſ. VIII.

Hymn.




SOmno refectis ar tu bus, ſpreto cubili ſurgimus:



Nobis, Pater, canentibus adeſſe te de poſcimus.


In ſupradicto Cantu ad Matutinum, ad Laudes, & per Horas dici debent omnes Hymni ejuſdem metri, per totam Hebdomadam, quando fit Officium de Feria, tàm per annum, quàm in quatuor Temporibus, & Vigiliis.

Per Ann. Antiph.



Do mi nus.


Paſchalis Antiph.



Al le lu ja.

Pſalm. Dñs illuminatio mea, & ſalus mea: * quem timebo.


Antiph.



A do ra te.

Pſalm. Afferte Domino filii Dei: * afferte Domino filios arietum.


Antiph.



In tu a ju ſti ti a.

Pſalm. In te Domine ſperavi non confundar in æternum: * in juſtitia tua libera me.


Antiph.



Rectos de cet.

Pſalm. Exultate juſti in Dño: * rectos decet collaudatio:


Antiph.



Ex pu gna.

Pſalm. Judica Domine nocentes me: * expugna impugnantes me.


Pe-



Antiph.

Re ve la.

Noli æmulari in malignantibus: * neque zelaveris facientes iniquitatem. Pſalm.




Adventus Verſus.

Ex Sion ſpe ci es, de co ris e ju s.

℟. Deus noſter manifeſte veniet.

℣. Ipſe liberavit me de laqueo venantium. Quadrag.
℟. Et à verbo aſpero.
℣. Erue à framea Deus animam meam; Paſſionis.
℟. Et de manu canis unicam meam.
℣. Surrexit Dominus de ſupulchro, alleluja. Paſchalis.
℟. Qui pro nobis pependit in ligno, alleluja.
℣. Domine in cœlo miſericordia tua. Per Ann.
℟. Et veritas tua uſque ad nubes.


AD LAUDES.



Antiph.

MI ſe re re.

Miſerere mei Deus: * ſecundum magnam miſericordiam tuam. Pſalmus



Antiph.

In tel li ge.

Verba mea auribus percipe Domine: * intellige clamorem meum. Pſalm.


Antiph.



De us.

Pſalm. Deus Deus meus: * ad te de luce vigilo.


Antiph.



Conver ſus eſt.

Pſalm. Confitebor tibi Domine, quoniam iratus es mihi*: converſus eſt furor tuus: & conſolatus es me.


Antiph.




Lauda te.

Pſalm. Laudate Dñum de cœlis: * laudate eum in excelſis.

Hymn.




SPlendor Paternæ gloriæ, de luce lucem proferens,



Lux lucis, & fons luminis, diem di es il lu minans.

Adventus Verſus.



℣. Vox clamantis in deſerto, parate viam Domi-




ni. ℟. Rectas facite ſemitas ejus.

Et

Et in hoc cantu dicuntur omnes Verſus in feriali officio ad Laudes, & per Horas.

℣. Angelis ſuis Deus mandavit de te. Quadrag.
℟. Ut cuſtodiant te in omnibus viis tuis.
℣. Eripe me de inimicis meis Deus meus. Paſſionis.
℟. Et ab inſurgentibus in me libera me.
℣. In reſurrectione tua Chriſte, alleluja. Paſchalis.
℟. Cæli & terra lætentur alleluja.
℣. Repleti ſumus mane miſericordia tua. Per Ann.
℟. Exultavimus, & delectati ſumus.




Ad Benedictus Aña

B E ne di ctus. B enedictus.

B enedictus Dominus Deus Iſrael : * quia viſitavit, & fecit redemptionem plebis ſuæ. Pſalm.


AD PRIMAM.

Pater noſter, Ave Maria, Credo, Hymnus ut infra.




Hymn.

J Am lu cis or to ſi de re, Deum precemur ſupplices



Ut in di ur nis actibus, nos ſervet à no centi bus.




Antiph.


B E a ti.

D eus in nomine tuo ſalvum me fac, * & in virtute tua judica me. Pſalm.


℟. Brev.



Chriſte fi li Dei vi vi, * Mi ſe re re nobis.




℣. Qui ſe des ad dexteram patris.



℣. Glori a Pa tri, & Fi li o, & Spi ri tu i ſancto.

Verſus.




℣. Exurge Chriſte adjuva no s.
℟. Et libera nos propter nomen tuum.

AD TERTIAM.

Dictis Pater noſter, Ave Maria, & Deus in adjutorium, cantatur Hymn. Nunc ſancte in eodem tono quo ſupra ad Primam Jam lucis.


Antiph.




DEduc me Domine.

Pſalm. Legem pone mihi Domine viam juſtificationum tuarum: * & exquiram eam ſemper.


℟. Brev.




Sana animam me am, * Quia pecca vi ti bi.




℣. E go dixi, Domine mi ſe re re me i.



℣. Glori a Pa tri, & Fi li o, & Spi ri tu i



ſancto. ℣. Adjutor meus eſto, ne dere-




linquas me.

℟. Neque deſpicias me Deus ſalutaris meus.

AD SEXTAM.


Pater noſter, Ave Maria, Deus in adjutorium. Hymnus Rector potens, in eodem cantu, ut ſupra ad Primam Jam lucis.



Antiph.


AD ju va me.

Pſalm. Defecit in ſalutare tuum anima mea: * & in verbum tuum ſuperſperavi.




℟. Brev.


Be ne di cam Dominum * In om ni tem po re.




℣. Sem per laus e jus in o re me o



℣. Glo ri a Pa tri, & Fi li o, & Spi ri tu i



Verſus. ſancto. ℣. Do mi nus re git me, & ni hil




mi hi de erit.

℟. In loco paſcuæ ibi me collocavit.

AD NONAM.

Pater noſter, Ave Maria, & Deus in adjutorium; Hymnus Rerum Deus, in eodem tono ut ſupra ad Primam Jam lucis.


Antiph.



A Spi ce in me.

Pſalm. Mirabilia teſtimonia tua: * ideò ſcrutata eſt ea anima mea.

℟. Brev.



Re di me me Domine, * Et miſe re re mei




℟. Et ab alienis parce ſervo tuo.

FERIA III. AD MATUTINUM.




Hymn.




Conſors paterni lu mi nis.

Per Annũ. Antiph.



VT non delinquam.


Paſchalis.



Al le lu ja.

Pſalm. Dixi cuſtodiam vias meas : * ut non delinquam in lingua mea.


Antiph.



Sa na Domine.

Pſalm. Beatus qui intelligit ſuper egenum, & pauperem: * in die mala liberabit eum Dominus.


Antiph.



E ru cta vit.


Pſalm. Deus auribus noſtris audivimus : * patres noſtri annuntiaverunt nobis.

Antiph.



Ad ju tor.


Pſalm. Deus noſter refugium, & virtus : * adjutor in tribulationibus, quæ invenerunt nos nimis.



Antiph.

Ma gnus Do mi nus.

Magnus Dominus, & laudabilis nimis: * in civitate Dei noſtri, in monte ſancto ejus. Pſalm.




Antiph.

De us de o rum:

Deus deorum dominus locutus eſt: * & vocavit terram. Pſalm.

℣. Emitte agnum Domine dominatorem terræ. In Advent.
℟. De petra deſerti ad montem filiæ Sion.
℣. Scapulis ſuis obumbrabit tibi. Quadrag.
℟. Et ſub pennis ejus ſperabis.
℣. De ore leonis libera me Domine. Paſſionis.
℟. Et à coruibus unicornium humilitatem meam.
℣. Surrexit Dominus verè, alleluja. Paſchalis
℟. Et apparuit Simoni, alleluja.
℣. Immola Deo ſacrificium laudis. Per Ann.
℟. Et redde altiſſimo vota tua.


AD LAUDES.



Antiph.

DE le Domine.

Miſerere mei Deus: * ſecundum magnam miſericordiam tuam. Pſalm.




Antiph.

Sa lu ta re.

Judica me Deus, & diſcerne cauſam meam de gente non ſancta: * ab homine iniquo, & doloſo erue me. Pſalm.


Antiph.



Ad te de lu ce.

Pſalm. Deus Deus meus: * ad te de luce vigilo.


Antiph.



Cunctis di e bus.

Pſalm. Ego dixi in dimidio dierum meorum: * vadam ad portas inferi.


Antiph.



Omnes Ange li e jus.

Pſalm. Laudate Dominum de cœlis: * laudate eum in excelſis.

Hymn.




ALes di e i nun ci us.

℣. Repleti ſumus mane miſericordia tua.

℟. Exultavimus, & delectati ſumus.


Ad Bened. Aña.



Erexit no bis. Cant. Benedict.


Benedictus Dominus Deus Iſrael: * quia viſitavit, & fecit redemptionem plebis ſuæ.

In ſequentibus Feriis ad Horas Hymni, Antiphona & ℟. br. ſumuntur ex Feria II. ut ſupra, niſi propria aſſignetur.




Invitatorium.

IN manu tu a Do mi ne, * Omnes




Antiph.

fi nes ter ræ. Pſ. Ve ni te. VI.




Hymn.

RErum cre a tor op ti me.



Per Ann. Antiph.


AVer tit Do mi nus.



Paſchalis Antiph.

Al le lu ja.


Dixit inſipiens in corde ſuo : * non eſt Deus. Pſalm.



Per Ann. Antiph.

Quo niam.

Miſerere mei Deus, quoniam conculcavit me homo : * tota die impugnans tribulavit me. Pſalm.




Antiph.

Juſta ju di ca te.

Pſalm. Si verè utique juſtitiam loquimini : * rectè judicate filii hominum.


Antiph.



Da nobis Do mi ne.

Pſalm. Deus repuliſti nos, & deſtruxiſti nos : * iratus es, & miſertus es nobis.


Antiph.



Nonnè De o.

Pſalm. Nonne Deo ſubjecta erit anima mea : * ab ipſo enim ſalutare meum.

Antiph.



Be ne di ci te.

Pſalm. Jubilate Deo omnis terra, pſalmum dicite nomini ejus : * date gloriam laudi ejus.

Adventus ℣. Egredietur Dominus de loco ſancto ſuo.
℟. Veniet ut ſalvet populum ſuum.


Quadrag. ℣. Scuto circundabit te veritas ejus.
℟. Non timebis à timore nocturno.

Paſſionis. ℣. Ne perdas cum impiis Deus animam meam.
℟. Et cum viris ſanguinum vitam meam.

Paſchalis. ℣. Gaviſi ſunt diſcipuli, alleluja.
℟. Viſo Domino, alleluja.


Per Annũ. ℣. Deus vitam meam annuntiavi tibi.
℟. Poſuiſti lacrymas meas in conſpectu tuo.

AD LAUDES.




AMplius lava me.

Miſerere mei Deus : * ſecundum magnam miſericordiam tuam.


Antiph.


Te de cet.

Te decet hymnus Deus in Sion : * & tibi reddetur votum in Jeruſalem. Pſalm.


Antiph.


La bi a me a.

Deus Deus meus : * ad te de luce vigilo. Pſalm.


Antiph.


Do minus.

Exultavit cor meum in Domino : * & exaltatum eſt cornu meum in Deo meo. Pſalm.


Antiph.

Cœ li Cœlorum.


Laudate Dñm de cœlis : * laudate eum in excelſis. Pſalm.


Hymn.

NOx & te ne bræ, & nu bi la.

℣. Repleti ſumus mane miſericordia tua.

℟. Exultavimus, & delectati ſumus.



Ad Bened. Antiph.

De manu om nium. Cant. Benedictus.


Benedictus Dominus Deus Iſrael : * quia viſitavit, & fecit redemptionem plebis ſuæ.

FERIA V. AD MATUTINUM.

Invitatorium.




DOminum qui fecit nos. Veni-




te adoremus. Pſ. Venite. VI.

Hymn.




NOx atra rerum contegit.

Per Ann. Antiph.



DOmine Deus.


Paſchalis. Antiph.



Alleluja.


Pſalm. Salvum fac Deus : * quoniam intraverunt aquæ uſque ad animam meam.

Per Ann. Antiph.




Esto mihi.

Pſalm. In te Domine ſperavi non confundar in æternum: * in juſtitia tua libera me, & eripe me.


Antiph.


Li be ra ſti vir gam.

Quam bonus Iſrael Deus:* his,qui recto ſunt corde! Pſalm.


Antiph.


Et in vo ca bi mus.

Confitebimur tibi Deus: * confitebimur, & invocabimus nomen tuum. Pſalm.


Antiph.


Tu es De us.

Voce mea ad Dominum clamavi: * voce mea ad Deum: & intendit mihi. Pſalm.


Antiph.

Pro pi ti us e ſto.

Deus venerunt gentes in hæreditatem tuam, polluerunt templum ſanctum tuum: * poſuerunt Jeruſalem in pomorum cuſtodiam. Pſalm.


Adventus Verſus.

℣. Ex Sion ſpe ci es de co ris e ju s.
℟. Deus noſter manifeſtè veniet.

Quadrag.

℣. Ipſe liberavit me de laqueo venantium.
℟. Et à verbo aſpero.

Paſſionis.


℣. Erue à framea Deus animam meam.
℟. Et de manu canis unicam meam.

Paſchalis. ℣. Surrexit Dominus de ſepulchro, alleluja.
℟. Qui pro nobis pependit in ligno, alleluja.

Per Ann. ℣. Gaudebunt labia mea, cum cantavero tibi.
℟. Et anima mea, quam redemiſti.

AD LAUDES.


Antiph.



TI bi ſo li.

Pſalm. Miſerere mei Deus: * ſecundum magnam miſericordiam tuam.


Antiph.



Do mi ne re fugi um.

Pſalm. Domine refugium factus es nobis: * à generatione in generationem.


Antiph.



In ma tu ti nis.

Pſalm. Deus Deus meus: * ad te de luce vigilo.


Antiph.



Can te mus Domi no.

Pſalm. Cantemus Domino: glorioſæ enim magnificatus eſt: * equum & aſcenſorem dejecit in mare.


Antiph.



In ſanctis e jus.

Pſalm. Laudate Dominum de cœlis: * laudate eum in excelſis.

Hymn.




LUx ec ce ſur git au re a.

℣. Repleti ſumus mane miſericordia tua.

℟. Exultavimus & delectati ſumus.

Ad Bened. Antiph.




In ſan cti ta te. Cant. Benedictus.


Benedictus Dominus Deus Iſrael: * quia viſitavit, & fecit redemptionem plebis ſuæ.

FERIA VI. AD MATUTINUM.

Invitatorium.




ADo re mus Do mi num, Quo ni am




ip ſe fe cit nos. Pſ. Venite. VI.

Hymn.




TU Tri ni ta tis Uni tas.

Per Ann. Antiph.



EX ul ta te De o.


Paſchalis.



Al le lu ja.

Pſalm. Exultate Deo adjutori noſtro:*jubilate Deo Jacob.


Per Ann. Antiph.



Tu ſolus al tiſ ſimus.

Pſalm. Deus quis ſimilis erit tibi? * ne taceas, neque compeſcaris Deus.


Antiph.



Be ne di xi ſti.

Pſalm. Benedixiſti Domine terram tuam: * avertiſti captivitatem Jacob.


Antiph.



Pſalm. Fun da men ta.

Fundamenta ejus in montibus ſanctis: * diligit Dominus portas Sion ſuper omnia tabernacula Jacob.


Antiph.



Be ne di ctus.

Pſalm. Miſericordias Domini * in æternum cantabo.

Antiph.




Cantate Do mi no.

Pſalm. Cantate Domino canticum novum: * cantate Domino omnis terra.


℣. Emitte agnum Domine Dominatorem terræ. Adventus.
℟. De petra deſerti ad montem filiæ Sion.
℣. Scapulis ſuis obumbrabit tibi. Quadrag.
℟. Et ſub pennis ejus ſperabis.
℣. De ore leonis libera me Domine. Paſſionis.
℟. Et à cornibus unicornium humilitatem meam.
℣. Surrexit Dominus verè, alleluja. Paſchalis.
℟. Et apparuit Simoni, alleluja.
℣. Intret oratio mea in conſpectu tuo Domine. Per Ann.
℟. Inclina aurem tuam ad precem meam.

AD LAUDES.




Antiph. Spi ri tu.

Miſerere mei Deus: * ſecundum magnam miſericordiam tuam. Pſalm.




Antiph. In ve ri ta te tu a.

Domine exaudi orationem meam: auribus percipe obſecrationem meam in veritate tua: * exaudi me in tua juſtitia. Pſalm.



Antiph. Il lu mi na.


Deus Deus meus: * ad te de luce vigilo. Pſalm.



Antiph. Domi ne au di vi.

Domine audivi auditionem tuam, * & timui. Pſalm.


Antiph.



In tympano & choro.

Pſalm. Laudate Dominum de cœlis : * laudate eum in excelſis.

Hymn.




Æ Ter na Cœli glo ri a.

℣. Repleti ſumus mane miſericordia tua.

℞. Exultavimus, & delectati ſumus.

Ad Bened. Antiph.




Per vi ſcera. Cant. Benedictus.

Benedictus Dominus Deus Iſrael, * quia viſitavit, & fecit redemptionem plebis ſuæ.

SABBATO AD MATUTINUM.

Invitatorium.




DOminum Deum noſtrum, Venite a do-




re mus. Pſ. Venite. VI.

Hymn.




SUmmæ parens cle men ti æ.

Quia



Per Ann. Antiph.


Quia mi ra bi li a.



Paſchalis Antiph.

Al le lu ja.

Cantate Domino canticum novum : * quia mirabilia fecit. Pſalm.




Per Ann. Antiph.

Ju bi la te De o.

Jubilate Deo omnis terra : * ſervite Domino in lætitia. Pſalm.


Supradicta Aña. & Pſalm. Jubilate, hic prætermittitur quando dicitur in Laudibus, ut in Sabbato quando fit Officium de S. Maria, & in vigilia Nativitatis Domini, in Sabbato occurrente, & ejus loco dicitur Pſal. Bonum eſt, & ſequens Antiphona, quæ habetur etiam infra in Laudibus.



Antiph.

Bo num eſt.

Bonum eſt confiteri Domino : * & pſallere nomini tuo Altiſſime. Pſalm.



Antiph.

Clamor meus.

Domine exaudi orationem meam : * & clamor meus ad te veniat. Palm.


Antiph.



B e ne dic.

Pſalm. Benedic anima mea Domino : * Domine Deus meus magnificatus es vehementer.


Antiph.



V i ſi ta nos Domine.

Pſalm. Confitemini Domino quoniam bonus : * quoniam in ſæculum miſericordia ejus.

Antiph.



Confi te bor Do mi no.

Pſalm. Paratum cor meum Deus, paratum cor meum : * cantabo, & pſallam in gloria mea.

℣. Egredietur Dominus de loco ſancto ſuo.
℟. Veniet ut ſalvet populum ſuum.

Quadrag. ℣. Scuto circumdabit te veritas ejus.
℟. Non timebis à timore Nocturno.


Paſſionis. ℣. Ne perdas cum impiis Deus animam meam.
℟. Et cum viris ſanguinum vitam meam.

Paſchalis. ℣. Gaviſi ſunt diſcipuli, alleluja.
℟. Viſo Domino, alleluja.

Per Ann. ℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.


AD LAUDES.

Antiph.



B E ni gne fac.


Pſalm. Miſerere mei Deus : * ſecundum magnam miſericordiam tuam.



Antiph.

Bonum eſt.


Pſalm. Bonum eſt confiteri Domino: * & pſallere nomini tuo Altiſſime.



Antiph.

Metuant.


Pſalm. Deus Deus meus: * ad te de luce vigilo.



Antiph.

Da te magni tu di nem.


Pſalm. Audite Cœli quæ loquor: * audiat terra verba oris mei.



Antiph.

In cym ba lis.

Pſalm. Laudate Dñm de Cœlis: * laudate eum in excelſis.




Hymn.

AU ro ra jam ſpargit polum.

℣. Repleti ſumus mane miſericordia tua.

℟. Exultavimus & delectati ſumus.




Ad Bened. Antiph.

Il lu mi na re. Cant. Benedictus.

Benedictus Dominus Deus Iſrael: * quia viſitavit, & fecit redemptionem plebis ſuæ.


Hebdomad. & Cantores dirigi debent ſicut in Laud.

Per Ann. Antiph.



DIxit Do mi nus,


Paſchalis. Antiph.



A lle lu ja.

Pſalm. D ixit Dominus Domino meo:* ſede à dextris meis.


Antiph.



F i de li a.

Pſalm. C onfitebor tibi Domine in toto corde meo: * in conſilio juſtorum, & congregatione.


Antiph.



I n man da tis.

Pſalm. B eatus vir qui timet Dominum: * in mandatis ejus volet nimis.


Antiph.




S it nomen Do mi ni.

Pſalm. L audate pueri Dominum: * laudate nomen Dñi.

Antiph.




N os qui vi vi mus. Pſ. I n exitu.




Pſalm.

In e xi tu Iſ ra el de Æ gypto :



domus Jacob de po pu lo bar ba ro .



Hymn.


LUcis Cre a tor op ti me .

℣. Dirigatur Domine oratio mea .

℟. Sicut incenſum in conſpectu tuo .


Prædictus Hymn. dicitur cum ſuo verſ. à Dom. poſt Oct. Epiph. uſque ad Dom. j. Quadrag. & ab Oct. Pentecoſt. uſque ad Adventum.

FERIA II. AD VESPERAS.



Antiph.


IN cli navit Do minus .



Paſchalis Antiph.

Al le lu ja .

Dilexi, quoniã exaudiet Dñs:* vocẽ orationis meæ. Pſalm.




Antiph.

Cre di di .

Credidi, propter quod locutus ſum : * ego autem humiliatus ſum nimis · Pſalm.


Antiph.



Lauda te Dominum.

Pſalm. Laudate Dominum omnes gentes: * laudate eum omnes populi.


Antiph.



Cla ma vi.

Pſalm. Ad Dominum cum tribularer clamavi: * & exaudivit me.


Antiph.




Un de ve ni et.

Pſalm. Levavi oculos meos in montes: * unde veniet auxilium mihi.

Hymn.



IMmenſe Cœli Conditor, qui mixta ne confunderent,




Aquæ fluenta dividens, Cœlum dediſti limitem.

℣. Dirigatur Domine oratio mea.

℟. Sicut incenſum in conſpectu tuo.

In ſupradicto Cantu ad Veſperas dici debent Hymni ejuſdem metri per totam Hebdomadam, tàm per annum, quàm in quatuor Temporibus & Vigiliis quando ſit Officium de Feria.

Magni-




Antiph.


Ma gni ficat. Cant. Magnificat.

Magnificat * anima mea Dominum.

